

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rationale divinorum officiorum

Durantis, Guilelmus

[Ulm], 18. März 1475

Incipit liber septimus de sanctorum fe[s]tivitatibus

[urn:nbn:de:bsz:31-323810](#)

Illud postremo notandum est. qd nocturnales lectiones a pma dominica post penthe. vsg ad adventum dñi. quidam non insubtiliter referunt ad illam tempis seriem que fuit a dauid vsg ad adventum dñi. h̄t ad illam congrue referri possunt. que a pmitua cepit ecclesia. Sicut em sauli successit dauid. Vnde pmo legitur de primis libris regum. sic demonū cultui. cultus vnius dei. & sic regnū dauid per roboam. hieroboam in scissuras diuidit ut legit in libris scriptis. sic etiam scindit hereticorū insanias. deinde secundū libri salomonis qd post pugnas hereticorum clauerūt in ecclesia sanctorum doctorum ingenia. ¶ Postmodū sequitur liber Job. ubi agitur de psecutionibz & solationibus eis. qd extumus in pace floreat ecclesia temptationes tñ non desunt spūalium aduersariorum quorum quanto est occultior pugna. tanto difficilior ē h̄t glioior erit acquisita victoria. ¶ Kursus illud h̄t adiciendū est qd singulos menses pteritis possumus adaptare tempibz. Nam per ianuariū in quo nouus annus inchoat. tempus a diluicio intelligit. ubi mundus renouat. Per februariū in quo alleluia deponitur illud typus innuit. in quo universitas linguarū confundit. Per marciū in qd quadragesima sepius celebrait. illud typus accipitur in quo dei plūs in egipto affligit. Per aprilem ubi pascha celebrait vel obsequatur illud typus ostenditur. in quo plūs a pharao liberait. Per maium. in quo de penthe. solennizat. illud tempus recolit. in quo populus in tercia promissionis gratulabatur. Junius & iulius. in quibus historia regum legitur. regnū Sauli & Dauid memorat. Augustus. in quo liber sapientia recitat. regnū sapientis salomonis insinuat. Reliqui qduo menses. regna pncipalia notant. Babiloni cum. qd est in oriente. Persay qd est in medie. Grecorum. quod est in aquilone. Rōnum. quod est in occidente. Igitur historia Job. que legit in septembri p duas ebdomadas. regnū exprimit orientis. Vnde ibi dicitur. Erat vir ille magnus inter omnes orientales & legitur p duas ebdomadas. quia regnū illud durauit p duas annuales ebdomadas id est p bis septingentos annos. Tot enim anni inueniuntur a tempe Nini a quo regnū

babilonie incepit usq ad cirum regem plazrum in quo defecit. In reliqua pte septembris. regnū psatum innuitur. quo circa due historie leguntur. eo qd nunc de pisis. nunc de mediis reges assumebant. Historia machabeorum. que legitur in octobri. grecorum significat regnū. sub quibz machabei fuerūt afflitti. Per nouembrē & decembrē. in quibz pphetie legitur regnum romanorum. in quo christi religio viget accipitur. Prophetie maxie. de xpo locuntur. cuius nativitas est in fine anni. sic regnum romanorum in fine mundi.

Incipit liber septimus de sc̄oz festiuitatibz



Ostg d̄ diuinis officijs in genere atq dñicis. & de festiuitatibus. ad dñm p̄tinibus in specie. premisim⁹ utile est. ut & de officijs festiuitatuz sanctorū aliqua in hac septima parte subiciamus. Sane ecclesia sanctorum festa multis decaus celebrat. Primo ut eius vicem rependam⁹. quia ipsi iam celebrant festum de nobis. qm̄ gaudiū est in celo angelis dei. & aliis sanctis super uno peccatore pñam agente. Secundo quia eos honorando rem nostrā agim⁹. Nam eoz festiuitas nostra est. Vnde apl's. omnia nostra sunt. nos aut̄ xpi. caritas enim oia omnia facit. ¶ Tertio ut habeamus eos incessanter p nobis. Vnde legit in. iij Rz. v. c. qd bersabee. quod interpretatur puteus facietatis id est ecclesia triūphans impetravit filio suo regnum. ¶ Quarto ut eos imitem⁹ p eorum em exempla ad eoz imitacionem prouocamur. ¶ Quinto ppter augmentum nre securitatis. & ad spei subleuacionem. Si hoies mortales nobis similes potuerūt. ita per sua merita sublimari. & nos similiter poterimus. qm̄ manus dñi non ē abbreviata. ¶ Sexto ppter honorem diuine maiestatis. qm̄ illos honoreando. in eis honoramus. & mirabilem p̄dicamus qui ipos sanctificauit. ¶ Septimo ut visa eoz pulchritudine & munditia. ostendatur hō de peccatis suis. & terrena stemmati sic & ipa fecerunt. ¶ Octaua & pncipal

causa est. quia sanctorum dies anniversaria in eorum honore. nobis ad memoriam reducit. propter nostram utilitatem. quoniam in eis honoramus deum. Ipsi namque cum sint perfecte beatissimi oportebat. non indigent. quia omnia eis ad votum succedunt. primo iniuriam facit martyris. qui pro martyre orat. ¶ Job. et Iacob Dam. in libro viii. c. vii. ponit alias rationes quae sancti et pariter eorum corpora sive reliquie debeant honorari. quia quedam sumunt quantum ad eorum dignitatem. et quodam quantum ad corpora ipsorum preciositatem. ¶ Dignitas quadruplex est. quoniam sunt amici dei filii dei. heredes dei. et duces nostri. De primo Job. xiiij. Iacob non dicit vocem filiorum eius. De secundo Job. i. dedit eis potestates filios dei fieri. De tertio. Romanorum viij. Si autem filii et heredes. De quarto ira dicit. Si quis ergo multum laborat ducem inuenire. quod eum alicui regi mortali adducat. et per eo ad ipsum verbum satiat. quantum magis duces generis humani. qui pro nobis ad deum interpellationes fatiuntur. honorandi sunt tempora illis erigendo. et eorum memoriam venerando. quantum ad corpora ipsorum vero preciositatē manifestādant ponit etiam idem quantum rationes. Nam ipsa sanctorum corpora sive sunt promptuaria dei templum Christi alabaster spūalis vnguenti fontes diuinī. Et Augustinus addidit quantum se organū spiritus ritussant. ¶ Circa primum dicendum. Hi enim sunt promptuaria dei. cenacula spūllant. De secundo dicit quoniam per intellectum in corporibus eorum habitauit deus. Vnde apostolus. Nescitis quoniam corpora vestra nostra. Deus autem spūs est. Honora ergo sunt animata dei tempora hominem quidem delectat in edificatione mortuorum deo vero in questione sanctorum. Vnde pater. Domine dilexi decorem domus tue decorem scilicet quem probat diversitas non marmorum. sed gratiarum. ¶ Circa tertium dicit. Si enim ex tufe aqua manavit in heremo. et ex magilla asini lapsoni sicutienti nequaquam incredibile est. ex martirum reliquis. vnguentū bene olens emana re sicutientib[us]. dei et sanctorum virtutē. ¶ Circa quartum dicit isti enim viuentes in veritate cum libera p[ro]itia deo assistunt. et fontes nos salutares. dominator Christus sanctorum suorum prebuit reliquias multiformia beneficia irrigantes. ¶ Circa quintum dicit Augustinus in libro de civitate dei non sunt stemnenda. sed plurimum reverenter sanctorum corpora quibusdam adhuc viuerent spūs

sanctus. quasi quibusdam organis ad omnem bonum usus est. Vnde apocalypsis. An expimetur quaequeritis eius. qui in me loquitur Christus. Item Ambrosius. in exameron. Hoc est preciosissimum. quod hoc divine vocis fit organum et corporibus labiis celeste exprimit orationem. ¶ Est autem quadruplex differentia sanctorum noui testamētū per anni circulum colimus. Sunt enim apostoli. martyres. confessores. et virginines. Et hi secundum Robanus per quatuor mundi partes significant per orientem apostoli. per meridiem martyres. per aquilonem confessores. per occidentem virginines. Licet autem festivitates sanctorum celebrande sint et in eorum memoria altaria ostendenda. nulli tamquam eorum. vel etiam angelis. sed soli deo sacrificare debemus. Nemo enim antistitutum in locis sanctorum corporum assistens alteri. aliquis dixit offensimus tibi petre. aut paulo. aut christiane. sed quod offertur deo qui sanctos coronauit offeratur apud eos memorias quos coronauit ut ex iporum locorum amore maiori affectus affligat ad augendam caritatem in illis. quod imitari possumus. Et in illo quo adiuuante possumus. Nec enim ipsi sancti. vel angeli exhiberi sibi volunt. quod unius deo per latram exhiberi nolunt. Vnde Paulus et Barnabas. cum quidam miraculis per eos factis commotis ipsi tantum deum veneratione voluerint. conciliis vestibus ostententes se homines mortales. et non deos esse hoc fieri vetuerunt. et sicut in apocalypsi legitur angelus iohannes ipsum in visione adorare volentem prohibuit dicens vide ne feceris. Frater enim tuus et confrater fratres tuorum sancti deum adorant. Nam enim Christus erat super angelos exaltatus. Antea vero leguntur angeli adorati. ut dictum est in quarta parte sub quarta particula canonis super verbo huiusmodi. Et Mardonius noluit amanuere orationem. quoniam ille diuini sibi voluit adoratores impendi. Honoraandi sunt ergo sancti propter imitacionem non adorandi propter religionem honorandi sunt caritate. non huiusmodi ut dictum est. super dicto verbo huiusmodi. ¶ Tribus autem de causis sanctus rogamus. prout dictum est in precedentibus. de rogationibus. Et nota. quod stando sanctos rogare debemus ut dictum est in prophetia quanto prius. ubi de responsorio agitur Porro diebus aliis sunt profecti Alij festi sunt solennes. profecti sunt. quoniam nulla speciali celebritate insigniti sunt. qui preci-

a festo. Et nota quod hebrei aliter dеноiante dies septimane. Et aliter gentiles & eorum p̄sbiteri. Et alit xp̄iani. Hebrewi dеноiante alios dies a sabbato. qui apud om̄s p̄cipue h̄etur. Vnde diem seḡtem post sabbatū vocant primā sabbati. aliam scđam sabbati & sic de reliquis. Septimā vero diem vocant simpliciū sabbatum. & qñg sabbatum labbatoy. Sextam feriam vocant parascene a para quod est pre & sc̄uen. quod est strūctio q̄ p̄ strūctio seu p̄paratio. q̄ tunc iudei p̄parant cibaria ad opus sabbati. inq̄ quod eis p̄cep: tum fuerat d̄ manna. sc̄ sexta die colligatis ex eo duplum. qm̄ in sabbato nō licebat eis cibos p̄parare. sicut n̄ manna colligē. Nos vero hoc nomen quod est om̄ne quilibz sexte ferie appamus illi sexte ferie. que est p̄xime ante pascha. p̄ eo q̄ tunc p̄paratus est cibz. sive manna. quo & militans ecclia modo. et triumphans in future requie p̄ficitur. Et nota quod pasceue est nomen ḡcum. sed iudei p̄pter varias captivitates inter ḡcos dispsi quedam vocabula a grecis sumps̄t ut pasceue & synagoga & alia quedam. Gentiles aut̄. tam vulgus p̄ pharisei dеноiant dies a planetis. Vnde b̄m eos prima dies dicit. dies solis. scđa dies. lune t̄c. que noīa sacra scriptura nō r̄cepit. licet hodie vulgari v̄su teneant̄. De hoc dicit i pte octaua vbi agit de septimana. Nempe vulgus. ideo eos sic dеноiabat. q̄ solem. lunam. marrē. & alios planetas a quibus dies dеноiabant. deos esse credebant. Pharisei v̄o ideo. quia hec sunt noīa planetar̄. ex quoz motibus & natutis oīa sui vehetacōem b̄m illos trahunt. Xp̄iani v̄o duos dies tanq̄ p̄p̄ys desig: nant noībus. Nam sabbatum simpliciū sab batum vocant. p̄pter autoritatez hebraici b̄monis. & seḡtem diem dñicam vocant p̄p̄e sui p̄matum. de quo iam dicit. vel quia sic in Apoco. vocatur. vbi dicit. Iohes dñica die post missaz solennia descendit in defos: sum sepulture sue locū. Posset etiaz dies do minica. p̄ma feria appellari. diem vero post dñicam seḡtem appellabant scđam feriam. aliam terciā feriam & sic de alijs diebz v̄sḡ in sabbatū. Interpretatur em̄ feria quasi dies solennis a feriendo dicta. Vnō prima dies septimane solennis est. Vocant ergo ferie a feriendo. q̄ toto tpe a viijs feriate. i. voca

re debemus. non q̄ sit a necessarijs vite op bus feriandū. vel dicit a phando. i. loq̄do. qm̄ sicut legitur in Gen. Dns dixit & facta sunt. Siquidē b̄cus silvester nolens imitari iudeos. qui dicūt p̄ma sabbati t̄c. Nec gen tiles. qui dicunt dies solis. dies luna t̄c. ad inuenit hoc nomē feria. in fine t̄n septimane suavit sabbatū p̄pter p̄missam r̄onem. Vel p̄pter figuram. q̄ sabbatū interpretatur rēq̄es quia tunc dñs requieuit ab om̄i ope. quod patrarat. Vnde & nos p̄ totam ebdomadā & per totū tpus vite n̄re. quod p̄curritur. p̄ spatiū septē diez debemus laboraē. & nisi summo conamine. vt ad tequē & b̄itudinem pueniam. T̄ier ergo triplicē dено minantur. Primo b̄m se. vt dies lune. dies martis t̄c. Secundo iux v̄slum ecclie vt p̄ma feriacē. Tercio b̄m mense. & hoc etiam tripliciter. Primo mō die kaleñ. pridie klas iij. klas. Secundo mō Idus. pridie idus. iij. idus. Tercio mō None. pridie none. iij. non. Dñica vero dies primatū obtinet. & maior est inter alios dies. q̄ in illa cristus annuntiatus fuit & resurrexit. & in ap̄los sp̄m sanctū misit. & deus mōm v̄ celum. & terram in illa fecit. & in eodem p̄ die. vt d̄ mūdus dissoluet. Dicit ergo dominica p̄pter gaudiū dñice resurrectionis. quod i ea celebra mus. Licet aut̄ quedam dñice oībus alijs sūt supiores. vīz pascha. & pent̄. & h̄ p̄pter resurrectiōem & sp̄ussanti missiōem. tamez & quinq̄ alie p̄ncipales dicunt & solennes. in quibus officia mutant. sc̄ dñica prima de aduentu dñi. dñica in octauis pasche. domica i octauis pent̄. Dñica qua cantatur. letare hierusalem & dñica in ramis palmar̄ Addunt etiam q̄dam sextam sc̄ qua cantat Inuocauit me Quedam etiā alie dominice dicunt p̄ulegiate. quibus vīz historie sunt appate. Et nota quod sunt q̄dam dies p̄ulegati i tempe quadragesime. vīz quatuor quarte ferio. sc̄ quarta feria in capite ieui: nioz. & quarta feria seḡtis ebdomade. Et quarta feria. q̄ est post letare irl'm. & quarta feria ante cenam dñi. Item q̄tuor sabbata vīz sabbatum p̄oris ebdomade. qn̄ ordines celebrant. & sabbatū quarte. & sabbatum q̄nta. & sabbatum i vigilia pasche. It ē tre dies dñice sc̄. Inuocauit me. & letare irl'm. Et dñica in ramis palmar̄ Item una q̄nta

CXXVII

feria. scz Cene dñi. Item vna sexta feria. scz in paschene. Item tota vna septimana. scz ultima que maior dicitur. pnt sub dominica de ramis palmarum dictum est. De quibus prius leges in suis locis dictum est. ¶ Et nota qd pascha et pentecostes sunt ebdomodarie festivitates. ut dictum est in sexta pte sub. ti. de septem diebus post pascha et sub pentecostes. ¶ Incipit aut dies natalis bni egypcius ab occasu soles sive in principio noctis. et durat usq ad vesperam septem duci. iuxta illud. Se factum est vespe et mane dies unus. bni plas et grecos. et bni omnes vulgi vsum. incipit mane ab ortu solis. Secundum Roonos media nocte. secundum Athenie. et bni Arabes. et astronomicos. a sexta diei hora. quos omnes varie imitam qm quo ad celebracionem diuinorum officiorum incipit dies in vespere iuxta illud. A vespa in vespere celebrabitur sabbata vbi Quo ad treuge oblationem in ortu solis quo ad contractus. incipit dies et finit in media nocte. quo ad esum carnis. post cenam usq ad diluculum. quo ad iudicium. incipit mane et terminatur sero. in fine diei anno noctis tenebras. Computatio aut egypcius vero videatur. cu stineat ortum et occasum signorum. Potest enim dici. qd bni ecclesiam. incipit in media nocte. qd tunc verus sol. scz xps ortus est. Iuxta illud. Tum medium silentium nec. vel verius in vespere ut premissum est. qd non procedit. dies aut a propinquabit. licet aut nataliter dies procedant. noctes tamen in nocte paschali fit econuso. ut dictum est in sexta pte. sub ti. de sabbato scro. Solennes vero seu festiui dies sunt. in quibus a quolibet opere buili in honore dei. et sanctorum abstinentur et divinis laudibus insistendum. ¶ Et est notandum qd solennitas est omnis instituta celebritas p aliquam propositiua. Et dicitur a solon qd est omnis. vel a soluto. et frimo atque solidio. qd ob religionem mutari non debet. Vel dicitur solennitas. ex eo qd fieri solet in anno. Celebritas vero vocatur. qd ibi non terrena. sed solum celestia aguntur. ¶ Solennitas aut alia est festivitas. alia stationum. alia letaniarum. alia ieuniorum. de quibus singulis vidamus. ¶ Solennitas festivitas. que est mors scro plibus omnibus de signis. Vocatur enim festivitas festum celebritas. natus natalis vel natale sive natalitius. transitus seu exodus. obitus. passio. assumptio. depositio. et

obdormitio. ¶ Festivitas dicta est a festis diebus. qd festiditas. eo qd in eis sola diuitia agitur. quibus strati sunt fasti in quibus ius fatur. Dicitur qd festivitas qd sancti nativitas. Nativitas dicitur propter festum illius natitatis. que est in carne et in mundo. et secundum hoc dicitur tunc christi nativitas et beatae marie. et beati Iohannes baptiste. quorum tunc nativitates in ecclesia celebrantur. ¶ Quare sancti dicuntur in morte nasci. iam sequitur et dicitur ubi de octaua agetur. De celebritate iam dictum est. Natalis vero vel natale. vel natalitium migratio sanctorum ab hoc seculo. et tunc nascuntur deo. et celo ad gloriam ea nativitate que tendit ad vitam eternam. Indumenta tamen ista accipiuntur. Transitus dicitur festum de morte sanctorum qm anime illo per corporibus exerentes per ignota sibi et diversa loca transeunt. et per celum aereum. et ethereum. et crystallinum. ut tandem pueriant ad emperium. Et nota qd maius est festum transitus alicuius sancti. qd aliquod aliud de illo. ut dicitur sub festo assumptionis. Obitus dicitur. qd tunc angeli venient obuiam anime. ut legitur de beato Martino. ¶ Passio dicitur. qd tunc maxime corpus patitur. et etiam anima. qd per violentiam abinitem separantur et obitus omniscius potest passio mortalium. qd sine amaritudine et sine violentia quadam nulla anima de corpore tolletur. ¶ Assumptio proprie dicitur transitus beate marie. ¶ Depositio propter dicitur depositio beati Iohannes evangeliste. qui ut promissum est locum sepulture viuus intravit. et ita seipsum depositus. ¶ Obdormitio. vero dicitur mors sanctorum. qd quiescit. Nam sicut quis post somnum integer et validior fit. sic sancti sine difficultate resurgunt in corporibus glorificatis. quasi a somno euigilantes. ¶ Vnde dominus de Lazaro mortuo dixit. Lazarus amicus noster dormit. Vnde apostolus nolumus vos ignorare de dormientibus. ¶ Sequitur de stationibus videte. Station autem bni Ioseph est oblationis statutus dierum. vel temporum dieorum. ut quarte et sexta ferie ieunium. ex veteri lege preceptum. de qua statione in evangelio. Ieiuno bis in sabbato id est in quarta et sexta sabbati. Tempore scz que legalibus ac prophetice institutis decimatis tempibus statuta sunt et ieuniū mensa quarti. quinti. septimi. et decimi. Vel sic in evangelio dicitur. Dies illi in qui bus oblacus est.

sponsus. Statio ꝑ vocatur pcessio ad aliquas ecclesiam ad exoluendum ibi gr̄as deo factas & dicitur statio. q̄ tūc stantes orare & gratias deo psoluere non flexis genubus debemus n̄ ieunam tūc. nec in eis supplicacōis vices sunt que oīa cum vestibus humilitatis in letanīs sunt. Vident autem stationes a veteri lege initium habuisse. qm̄ tunc plū iudeoz. & etiam multi gentiles suenibant in magnis solennitatibz. scilicet in pascha & pentibz. vt ibi orarent in templo. & deo gr̄as psoluerent & offerebant. quod adhuc obseruat ecclia. pserit prialie. vbi in ebdōdibus pasche. & pentibz. plū de opidis & vīl ad iacentibus civitatibus suenit. ad ecclesiam epalem. Alię stationes a romanis habuerūt initium. qui eas maxime freq̄tant. qui cū intercessionibz sancto p. quo p suffragia implorabant picula euasissent. cū processione. veniebant ad eccliam illius sancti. cui p̄oc̄nō fuerant liberati laudes deo cū gratiarū actionibus psoluentes. Isidorus dicit i. vj. ethimolog. q̄ statio ex militari exemplo nomen accepit. p eo q̄ nulla leticia castris obveniente statōem tristatio militū r̄scindit. Sunt autē due sp̄ties stationū. Alię nāq̄ sunt ḡnales. alię p̄ticulares. Generales sūt que in p̄dictis duabz septimanis ad matrem eam eccliam sunt. Particulares sunt. q̄ in diuisis ecclīs sunt p̄ pdicta causa. Sunt quoq; qn̄g oblationis causa. nullā alia causa intercedent. vt cū in festo alicuius sancti ad eę ecclesiam vadit pcessio a maiore ecclia. Sunt eccliam cū in festis diebus ad diuersa altaria cū pcessione ob sanctoz veneracōem venimus. Institutio ergo stationū ex pdictis liquet. Hoc tñ addito. qm̄ sicut romani pro virtutibz suis piculis statuerūt suas stationes in urbe. sic & alij in suis ciuitatibz ob causas siles stationes instituerūt. In diebz autē stationū. vices seu cantica leticie cantant. vīz. responsoria. vīl antiphone. vel aliquid h̄modi. Qn̄g etiam tunc missa celebratur in ecclia ad quā vadunt. Et qn̄g non. h̄ p̄ stationem. orōne finita redeunt. Et nota q̄ plū primo suenit in aliqua ecclia vicinilli. in qua dī esse statio. vt dictū ē in quarta pte sub ti. de orōne. Nempe beatus Greg. q̄ stationes in ordine ordinavit. xx. omelias euangelij. diverso tpe in illis dicendas. de

clarauit. alias vero stomacho latecēte. alijs p̄nuntiandas omisit. De solennitate letaniaz. in sexta pte sub ti. de rogationibus dictum est. Nota tñ q̄ stationes sūt pp̄ p̄terita picula. Letanie vero que rogacōes vel supplicacōes interpretantur. sunt p piculis uitandis vt premissū est. De solennitate ieunioz. & de vigilijs sanctoz vt dictū est in sexta pte sub quarta feria quarte dñi te de aduentu. Hoc etiam nota q̄ natale dñi. festum ē p̄pis. q̄a per eum filius innotuit mundo. in hoc em a p̄uit caritas dei q̄ nobis dedit filium suū. sicut dicit b̄s Job. Festum tñ p̄pis filij & sp̄issanci. in hoc em q̄ dicit verbum. intelligitur pars verbi. & etiam alia rōne. q̄ sc̄ filius p̄rem manifestavit munda. Pascha vō est festum filij. quia tunc xp̄s a mortuis resurrexit. & verus deus apparuit. Et nota q̄ solennitas pasche. antonomastice. dicit solennitas solennitatis. sicut dicit sancto p̄. & cantica cantorum eo q̄ alia sancta & alia cantica excedunt. Inde ē q̄ omnes dies dñicos recipemus. & omnes dies dñice sunt octave huius festi. Dicit etiam festivitas festivitatu. Tum q̄ prima est oīm festivitatum. tum q̄ omnes hac dñica comunicare dñi. In quibusdaz tñ locis quodlibz magnū festum pascha votatur. q̄i transitus. q̄i de vitīa ad virtutes transire debem̄. Penth. est festum sp̄us sancti. & q̄libet istaz solennitatum ē solennitas totius trinitatis. qm̄ in diuisa sūt opera trinitatis. licet vt premissū est. quilibz istaz magis dñi q̄ alteri appetetur. Non ē etiā ignorandū. q̄ plū israhiliticus tres p̄ncipaliter celebrat solennitates Primū erat pascha hīe dies azimop. qd̄ est pascha. q̄a tunc deos liberauit a p̄ate pharaonis. de hīute egipci. & a percussione angelī. līnitī postibz de sanguine agni immolati. Non enim fuit domus alicuius egipci. vbi mortui non iacerent. nisi domus iudeoz vbi null's mortuus est. Scđm erat pentibz. q̄ tūc suscepere legem vt dictum ē in sexta pte sub ipso festo. Terciū cenophegia i septembri. quod ex greco interpretatur dedicatio sine fixo tabernaculo. plū enim israhiliticus. xj. annis in tabernaculis habitauit. in cuius tēi meōriaz iudei hoc festum celebrant. q̄i in tabernaculis degentes. ceno em grece tabernaclm dicunt.

Hec festa que septem diebus preteabantur et
principia dicebantur. et sabbatum quod inter-
ueniebat dicebatur sabbatum sabbatorum.
id est sabbatum sanctorum. ¶ Vix superaddi-
derunt et alia festa ob euentus variis. ut
encenia. quod celebrabat hebrei i pome. scz in
octobri. Et vocabant encenia noua dedica-
tionem templi. Cenon em grece dicit nouu
latine. Unde quicunq; aliqd nouum fuerit.
dedicatu encenia vocatur. Nam et siq; noua
tunica induit. enceniare dicit. Nos aut duo
illoz. huamus se; pascha et penthecosten.
h alia rone qd illi. ipsi em celebrabat pascha q
tunc ab egipciaca suitate libertatis. nos
vero. q tunc per xp m redempti sumus. Illi
celebrabant penth. quia tunc suscepit legem
nos vo. quia tunc spm sanctum accepimus.
Item illi suscepit legem in tabulis lapideis
ad duritiam cordis notandum extrinsecus scrip-
tam. qm vsp ad spualem litere intellectum
non pertinebant. h spuallentibus datus e lxxij
discipulis in corde digito dei spualem intel-
ligentiā eis dictante. ¶ Scenophegiā etiā
quodāmodo celebram in ascensione dñi. q
p tabernaclm intelligim corpus dñi i quo
sub humanitate divinitas latuit. Juxta illō
ps. In sole posuit tabernaclm suū. hoc
ut ag tabernaclm xps in mortali carne non
iebat. qm exultauit ut gigas ad curvēdam
viam. discurrens d loco in locū ut suscepit
misterium adimpleret. h tūc fixit et stabiliuit
tabernaclm. et corpus suū. cū assumptus est
in celum. sedens ibi ad dexteram dei patris
et r̄quiescens in primorialibus pris bonis
donec ponat inimicos suos scabellū pedes
suoz. Hec itaq; tria festa. recte in evangelio
spualiter celebram. Nam iux p. xpus
captiuam duxit captivitatem. qn in pascha
resurgens vincos suos eduxit in lacu in q
non erat aqua. ascendit in altum. cū in ascē-
sione exaltatus est sup celos celoz ad orientem.
dedit dona hoib; cum in penthecosten
effudit de spuanto super om̄es carnem.
¶ Quarta vo feria post dñicam de passione
est de encenys. put ibi dictū est in seita pte
Et aut qz et alie qtuor solennitates. non tñ
ita solennes sicut pcedentes. vñ sabbatum
festum clangoris. festū xpiciationis. et neo-
menia. Siquidem apud hebreos. neomenia
dicta est. Quia bñ lunarem cursum menses

supputabant. mens qz luna vocatur. In
neomenia. noua luna. Apud nos vo ne
menie sūt kalēde. Erant em apud hebreos.
ipi dies kalendas ex legali institucōes so-
lennes. Hanc constantinus imperator partes
tūsimarinas petes inuenit eusebiū cesarien
epm. vñ sc̄issimum cui dixit. Pete a me
vnde eccl̄ia tua dicitur. Ille vero respondit
Eccl̄ia mea satis abundat in diuītis. h rogo
te. ut mittas per ptes mundū et noīa sc̄iop
et tempa passionū. et sub quibus et qualib;
et in qbus locis passi sunt rescribas. qd fac
tum ē. Et refert eusebius q quolibet anni
die plusq; quinq; miliū sanctorū festa occur-
runt. excepta die kalendā ianuarij. quo intē:
debant gentiles epulis et solennitatib; non
ad martirandū sanctorū. Et Iero. dicit idem
in eppla. que suo kaleñ. pponitur. Vñ. Gre
dicit. totus mūdus plenus est sanctis. Et si
militet h̄ymo dixit de angelis. q siq; cre
atas spuales videre posset. videret eas ebu
lire in aere. sicut minimos athomos in sol
splendore. ¶ Et nota q nullus ascribend
seu annumerandus est cathalogo sive nūd
sanctorū. nisi p romanum pontificem. et nū
facta prius clata fide de illius vita et mira
culis. Dicit aut cathologus vniuersalis bmo
a catha qd est vniūsale. et logus qd est bmo
et letania sive calendariū in quib; enuan
sancti p romanaz ediam a ppbati dicit vnu
salis bmo. ¶ Ceterz bñ decretū oclij affrica
ni. nulla meōria martiz pbabilitate sive so
lenniter accipiat. nisi aut vbi corpus marty
ris. aut certe relique sunt. aut vbi fuit origo
habitationis vel possessionis illius. Nam
altaria q p somnia. et manes q̄ reuelacōes
qrūlibet hoim vñcung ostiūtut omnino
reprobantur. Item statutū est in concilio au
relianeñ. q epus si in infirmitate nō fuerit
impeditus ecclie cui fuerit p̄xim p̄tū epali
die dñica desse non debet. Que aut festivita
tes celebrande sint. pateat ex oclio Lugdu
nen. in quo sic statutum ē. Dies dñici feria
di sunt a vespa in vespam. Itez. festū natal
dñi. sancti stephani. Sancti Job. euangel.
Innocentii. sancti Siluestri. Circūcisionis
Theophanie sive epbie. Pascha. cum tota
pcedenti et sequenti ebdōdib; Rogacōes
cū tribus diebus. Ascēcio dñi. Penth. cum
duob; diebus segib; Sancti Job. bap.

Duodecim aploꝝ Sc̄i laurentij Festiuitas
beate marie. Om̄s dies dñci. Dedicacō sc̄e
michaēl. Dedicatio cuiuslibz oratōij. Festū
oīm sc̄oz. sancti martini Ille festiuitates. s̄o
sanctoz Canonizatorū. quas singuli ep̄i in
suis ec̄ys cum clero & ip̄lo decreuerint cele-
brandas. Reliquis ḥo festiuitatibꝫ que per
annū sunt. non sunt ip̄li cogendi ad celebri-
dum siue feriandū n̄ p̄hibendi. ¶ Quot
psalmos. quot r̄nsoria. & quot lectiones. &
quare in festis dicantur dictū est in sexta pte-
sub ti. de nocturnis. ¶ Quedam aut̄ festa
dicuntur in totam duplitia. q̄dam simpliciter
duplitia. & quedā semiduplitia. Distinguitur
quidē duplitia. in quibusdā eccl̄y. p̄ eo
q̄ r̄nsoria tam maiora q̄ brevia & versus a
duobꝫ cantat. Et quia oīa incipiēda a duobꝫ^{bus}
incipiunt. et q̄ antiphone in matutis.
& vespis duplant. Dicuntur enim complete.
& aī psalmū & post. sicut est festū natalis
dñi. sancti Stephani p̄thomartiris. sc̄i
iohannis euangeliste. Circūscisionis domī
Ephie. Purificationis. Annuntiationis. Re-
surrectionis. Ascensionis. Pent̄i. sc̄i. Job.
bap. Aploꝝ petri & pauli. Sc̄i laurentij.
Assumptionis b̄e marie v̄ginis. V̄titate
eiusdem & dedicationis basilice. ¶ Premis-
ta quidem sūt maiora duplitia festa. Minor-
a aut̄ duplitia festa. sūt. sc̄da. & tercia feria
infra octauas resurrectionis. Item secunda
& tercia feria infra octauas pent̄i. Comme-
moratio s̄āti pauli apli. Octauae apostolor̄
petri & pauli. & assumptionis. & quodlibet
festū vna queq; ec̄ia duplex ordinauerit ce-
lebrari. Semiduplitia aut̄ festa sūt i quibꝫ
pmissa oīno non obvian. h̄ tantum tertiu
sextū & vltim. ¶ R̄nsoria cantantur a duobꝫ
nec incipiunt a duobus. n̄ duplant antiphōe.
licet versus & brevia r̄nsoria a duobus di-
cantur. Sunt hec semiduplitia festa sanctorū
Andree. Nicolai. Lucie. Thome apli. In-
nocentū. octaua Ephie. agnetis. Conūsio-
nis sancti pauli. Agate. mathie. Cathedra
sancti petri. Gregorij Augustini. Ambrosij
Hieronimi Philippi & Jacobi Marci euangeli-
ste. Inventionis sancte crucis. revelati-
onis sancti michael. octaua ascensionis. io-
hannis aī portam latinaz. Barnabe apli.
Octaua sancti Job. baptiste. Marie magda-
lene. Jacobi apli. petri ad vincula. Octaua

sanc̄i Laurentij. Bartholomei. decollatio-
sanc̄i Job. bap. Octaua n̄itatis b̄e marie
exaltationis sancte crucis. Mat. Luē. Simo-
nis & iude. Martini. Cecilie. katherine. Et
alia b̄m oīuetudiem cuiuscūg; ec̄ie. Sane
ideo hec varietas circa festa suatur. q̄m sic
b̄m aplm stella differt in claritate a stella sic
etiam erit resurrec̄io mortuorū. Cum ergo
b̄m b̄m d̄yonisiū ecclesiastica hierachia rep̄
senter aliqualiū in suis actionibꝫ seu ordina-
tionibꝫ celestem hierachiā. in qua sc̄i. b̄m
diuersitatem metoy suoꝫ disponūtur. Ideo
ad hoc rep̄tandum varietas diuersoy offi-
cioꝫ in nr̄a eccl̄ia rep̄itur. ¶ Que igitur
festa i totū duplitia. que simpliciter duplitia
& que semiduplitia dici debeant. liqdo p̄t
b̄m mysticum intellectū. Nam b̄m sanctos vi-
sio dei erit premiū oīm beatorum. q̄ quidē
visio erit maior vel minor in oībus. b̄m q̄
hic politi magis vel minus in caritate que
est radix oīm meritoꝫ pfecerunt. ¶ Vixit
sūt q̄dam specialia merita. sc̄m que aliqua
specialia p̄mia. h̄ntibus alia merita. in suā
glia conferent. Vnde speciale premiū sup̄
essentialia reddet martiribꝫ. doctoribus. &
virginibꝫ. qđ premiū aureola dicitur. ita q̄
q̄ntuz ad hoc aliqui sancti duplex habebūt
premiū. sc̄z essentialia. quod diciēt dei visio. &
accidentale. sc̄z aureolam. & sc̄m hoc festa
sanctoz possunt dici maiora vel minora. sc̄z
in quibus premioy rōnes magis v̄l minus
rep̄iri p̄t. ¶ Quia igit̄ beata v̄go inī om̄s
sanctos sublimari premio patiē q̄ntum ad
premisiū essentialia. & rōnes etiam accidenta-
lū premioy sibi sp̄tent. Ideo eius festum
totum duplex diciēt esse. Sic est etiā in festi-
vitatibꝫ ad honorem xp̄i statutis. Quia
v̄o post eos angelī sc̄m obtinent locū. Et
post illos apli & martyres. et post ipsos alijs.
Ideo sc̄m eoy pluta & pauciora essentialia
& accidentalia p̄mia ip̄oy festum. vel totuz
duplex. vel semiduplex. V̄l simplex debz ab
eccl̄ia militante. que vestigia triūphantē
imitat oīformiter celebrari. ¶ Anq; v̄o alia
consideratione dicuntur festa duplitia. q̄n v̄z
eadem die duo festa occurunt. & tunc min-
cedit maiori. Nā die illa de festo excellētori
offitium celebrat. & de minori fit solūmodo
memoratio. & illius offitium ad diē seq̄tem
rebutatur. sicut he de beatis petro & paulo.

Si ergo eadem die plura festa concurrat. et omnes sunt martyres illius qui inter eos maioris erit nos officium celebre. Si vero aliter confessor. et alius martyr vel martyres. si confessio maioris sit nos propter martir. vel propter privilegiatus. ut bonus martinus. et cuius generaliter officium instituit ecclesia. dicendum est officium dominum confessore. et memoratio facienda est de martyre. ¶ Itē si festum Andree venerit in prima dominica de aduentu. fiet in secunda feria. Idec etiam dicimus de quolibet festo apostolorum. martorum. si occurrit in missis dominicis propter privilegiatis. ¶ Item si festum huius vigiliam ostingit in feria secunda. celebrant officium dominum vigilie. et ieiunare in sabbato antecedenti. Si autem in quacumque alia dominica a praecelebriatis. et quibus historie apparet in ueiunctu evenient. festum apostoli vel alicuius principi martyris. vel alterius sancti qui proximum habet officium. attendendum est. Vtrum leges hebdomadae siue singuli dies ipsius proximum habent officium quod si habent. fiet officium de dominica. et festum sancti fiet in secunda feria. Si vero non habent fiet officium de festo in dominica. et officium dominice fiet in secunda feria. et sic dominica quoniam cedit festo quoniam exonus. ¶ Circa vigilias sanctorum que sic vocantur. et unde ortam habuerit. dictum est in sexta parte sub quarta feria tercie hebdomade ad uetus. ¶ Porro circa festa quae in septuagesima: ma seu in tere passione. siue anno illud occurserunt. sicut est festum sancte agathe. Cathedra sancti petri. sancti Mathie. Annuntiationis domini. Festum sancti Gregorio. Festum etiam primi cuiuslibet ecclesie si acciderit. vel anniuersarium illius. vel pascha alicuius annotiuum. generaliter dicimus propter cantica laudis scilicet. Te deum laudamus. Gloria in excelsis. Et ite missa est. In illis dominum cantari. et omnia que cantarentur in illis. si in alijs tempibus ostingerent. propter alleluia. quoniam festa habent modi ad tempore pasche pertinere noscuntur. Sed quae non dicitur alleluia sicut alia cantica leticie. Nondeo. quod illud est magis canticum leticie quam alia que sunt magis oblationes seu gratiarum actiones quam cantica leticie. Licet et in illis sit aliqua leticia prestita in cantu. Si vero opponatur quod gloria in excelsis. quod est proximum natali domini. et ite missa est. quod est laus seu canticum resurrectionis et te deum laudamus. quod significat leticiam propter dragma inuenta non debeant in festo anniversario.

tiationis domini cantari. pro eo quod primissa in adventu domini. nondum sua tempora habeant. et dominus nondum ea in rebus humanis fuerat presentatus. Respondent qui solennizare ostendunt quod hoc festum est omnium festorum christi quasi fons et origo. seu initium. quoniam et si natale domini vel passio vel inuentio dragone. nondum erat in re vel in tempore. habebant tamen in spe. quoniam in spe eorum prodigia procedebat. Annotiuum pascha vocatur. quoniam aliquis diem quo baptizatus est celebrat annuatim. quod forte sumitur a gentilibus. qui diem in quo ad misericordiam nascebantur natalitium obbuabant in qua celebracione officium pasche dominum cantari. propter alleluia. si in tempore quadragesime contingat. Et nota quod hec tria sunt. Te deum laudamus. Gloria in excelsis. et ite missa est. sese omittantur. et est ratio. Nam gloria in excelsis significat illud in effabilem gaudium. quod angelus pastorum nocturnus dicens. Annuntio vobis gaudium maximum. quoniam natus est nobis hec: die saluator. Ita missa est. quod est dictum. ite ad propria. missa est consummata est. designat accessum pastorum ad locum nascitutis christi. dicentium ad invicem. propter angelicam annuntiationem. transcamus versus bethleem et videamus hoc verbum. quod factum est. Quia ergo post annuntiationem angelii. secutus est pastor accessus. ideo merito quoniam sarcordos dicit. Gloria in excelsis. in quod dictum angelum representat. debet etiam dici. ite missa est. Similiter et quoniam hec duo dicuntur vel omittuntur. Te deum laudamus. ad noctinos dicitur. vel omittitur. quoniam ibi gaudium et laudes celum et terre creatoris et creature capitum et ministeriorum designantur. Sicut et in gloria in excelsum celum et terra. creator et creature. caput et membra. cum laude et gaudio noiantur. primo fere omnia que ibi in implicie continentur. Hic explicite ponuntur merito igitur quoniam illud dominus habens non debet omitti. Verum non semper premissa se omittantur. Nam in festo Cathedrale beatissimi petri. etiam si occurrat in quadragesima quodam ecclesie dicuntur. Te deum laudamus. ceteris laudibus tantum. quod hoc cantico ut sollem est ad intonandos in sedes suas et bene petrum ea die fuit in cathedra antiocena intonatus. Item in cena domini dicitur. gloria in excelsum et ite missa est. si episcopus assit et crismatis celebretur officium. Et in sabbato sancto dicitur gloria in excelsis. sed non ite missa est. in ipsa

en diebus non dicitur. Te deum laudamus. Ite in die nützlichkeit dñi dicitur. Gloria in excelsis. in pma missa. h̄ Ite missa est. non dicitur ne plus licentiatū se credens. non audito matutino discedat. Et propter hoc etiam quidam tūc rebusuant finalē collectā primē missē. donec matutine expleant cōcludentes p̄ea missam sub būdicamus. Sed alia rō ponit. in iūj. pte sub ti. de oratione nouissima. scđaz etiam missam eodem mō finiūt. In q̄busdā tū ecclesys dicitur tunc. Ecce completa sūt oīa nec datur p̄plo licentia recedendi. ut sciat se debere tertīā missam a udire. in qua demus dicitur Ite missa est. In ecclīs autē in quibus fit officium ambrosianū in tpe q̄dragesime. nullius sancti festiuitas celebrat. sed tantū om̄memoratio fit. Et idipm antiqua decreta in alijs ecclīs seruari iubebant. et antiquitatem om̄mūter sic siebat. In illis quoq; ecclesys prius sacrificat q̄ euangelium cantetur.

De officio festoz. que tempe aduentus occurrit. Dicatum ē in sexta pte in ti. de tempe aduentus. De festis vō a resurrectiōe usq; ad octauā penth. Hec regnla ḡnaliter in q̄busdā ecclesys suatuū q̄ in oībus sanctoz festis eanī historiā. Beatus vir. hic i aplis martiribus. professoribus. virginibus. hoc in uno et in plībus frēgtatur. Vir em̄ iste beatus xp̄us est. s̄m regis̄lam eiconij caput. et membra. Hic est enim martir. de quo dicitur in antiphona. Filie īrlm. quem s̄m caput coronauit dñs. stola immortalitatis in h̄ tpe solennitatis et leticie. et s̄m membra. P̄ea coronauit in illo tempe qd̄ p̄ istud significat quod erit eternitatis et glorie. Hic est enim q̄ loqui in officio qd̄ hoc tempe frēgtatur sc̄z. Protexisti me deus. Hic est vritis v̄a. et sancti sunt palmites. sic dicitur in euangelio. Ego sum vritis vera. Jo. xv. et quod s̄liter h̄ tpe frēgtatur. Et s̄m p̄missa patet q̄ etiam in festis duoz vel pluriū sanctoz debet dici in p̄dicta antiphona. Filie īrlm venite et vide te martirem sc̄z xp̄m. et non martyres et alia in plurali sicut fātiū quidam. Fregitam autē hoc tempe in festiuitatibus sanctorum p̄dentitatem officioz. eo q̄ in suo significato. idem erit denariū oīm. et tunc glificari eximus vnu cum xp̄o h̄ tempe glorificato. Sed querit. quare in tempe paschali nō celebram̄ festa sanctoz. qui cū xp̄o resurexit.

Vel cū eo celos ascenderūt. Debemus enim de illoz glificatione gaudere et solennizare sicut et de alijs sanctis. cū certi sum̄ eos celos ascendisse. R̄ndeō. ideo non solennizās qm̄ ad inferos descendērūt. Solennizam̄ enim sanctoz natalitā. qn̄ vīj celo nati sūt ut premissū est. non qn̄ inferno. de quo dictum est in sexta pte sub pasche. Potest etiā dici. q̄ de glificatione sanctoz in anima in pascha. vel saltem in ascensione festaē debe remus. h̄ non possum̄ propter auctoritatē ofſitorum illoz diez. Obumbrare ē m̄ solennites illoz auctoritate maioris solennitatis qm̄ adueniente p̄ncipe cessat magistratus et ideo statutū fuit ut per alia tempa anni die bus q̄bus eis dedicate fuerint ecclesie festa illoz celebrent. **V**el s̄m bedam. in dedicazione ecclesie in qua nouem lectiones dicuntur. fit festum de illis sicut et festū iohānis baptiste fit ad finem augusti. qui tamē circa pascha mortuus fuit. Et festum b̄ti Jacobi cōpostelle in Julio. qui tñ fuit tpe paschali. occisus. Beatus q̄ p̄etus apls fuit incarcertus hoc tempe. Facta est enim p̄dictorum festoz mutatio. q̄ tanta erat festiuitas p̄ncipis oīm q̄ non poterant tūc celebrare solennitates satellitum. Jux illud. Cede maiori. **V**erumtē festa sanctoz veteris testamē. ut abraam. psaac. dauid. daniel. et aliorū p̄gretiam. et apud venetias colii. et ibi habē ecclesiās. De machabeis dicitur. put sub ipso festo diceat. **C**irca octauas notandum est. q̄ octauā diem leuiticē libet insinuat dices. Dies octauus erit celeberrim̄ atq; sanctissimus. **S**ane octauae sanctoz. iō celebrant q̄a sicut prim̄ dies significat nūitatem eoz sc̄z. qualiter nascunt̄ celo. et in societate angeloz et sanctoz patr̄. quando anime eorum a corpibus separant̄. ita in octauis. relentes resurrectionem corporū. congratulam̄ risurrectioni eoz. **E**t attende. q̄ q̄rūdam sanctoz celebrant̄ octauae. ne hoc misteriū lateat non autem oīm ne vilescat. Si em̄ non valamus oīa festa celebrare sanctoz. qnto m̄ octauas eoz. Si igitur aliorū sc̄corum octauae solennes sunt qntomagis sancti sanctoz sc̄z. dñi nativitatis octaua solēnis erit. Vnde detur autē q̄ nativitas dñi non h̄z octauam q̄ illa tendebat ad mortem. Obitus em̄ sanctorū. Ideo h̄nt octauas. q̄ tunc ip̄i nascunt̄.

ea nativitate. que est ad vitam eternam. post illam nütitatem em que est in morte. sperada est glia resurrectionis. que datur in octaua non post nütitatem. que est ad mortem. sc̄m hoc etiam videt. q̄ nativitas beate marie nativitas beati Ioh. bap. non h̄nt octauaz Nec etiam resurrectio dñi. in qua dominus recepit stolam corporis que ḡnaliter omib⁹ fidelibus dabit in octaua. iam enim ipa domini resurrectio facta erat in re. ¶ Quia igitur diuerse ecclie in diuersis festiuitatib⁹ octauas celebrat Ideo ne illas reprehendere videamus dicim⁹. Qz duplex est octaua. sc̄ reuerentie sive venerationis. sive deuotiois et instituiciois. Octana reuerentie est festiuitatum. pasche. penth. nütitatis b̄e marie virginis. et beati iohannis Celebrantur enim octauae eoz pro sola deuotione non pro alio misterio. Octaua etiam duotionis est in sc̄cis patronis ecclesiaz. et in sancto Nicolao. Et in maria magdalena et s̄libus qui octauas non h̄nt. Sed quedam ecclie ob deuotionem eas fatuūt. Octaua vero instituiciois quadri partita est. q̄ est octaua significationis. suppletionis. alterius negotij significacionis. et future glorificationis. Octaua significacionis est. ut octauae sanctoz vigilias habentium. et festa dedicationis ecclesie. qd̄ sit in signū q̄ dedicabit ecclesia. id est extrema et plenissima dedicatione dicabit tunc. id est copulatur xpo. Tunc em est copulari. Et octauae martiz. q̄ ipsi pet ea que passi sunt. et ex eo q̄ hanc vitam q̄ nihil habuerit. considerunt q̄ erat vita immortalis. Vnde octauae innocentū. dici p̄nt octauae significationis. quia p̄ eas resurrectio nr̄a significatur. put sub festo illo diceat. Et etiam octauae beatorū petri et pauli. et quondam sanctoz que significant stolam. sc̄dam sc̄ glificationem. quam in octaua etate habituri sunt. ¶ Sed quae ob simile etiam causam nō celebrat octaua passionis dñi. sicut enim xps qui ē sol iusti cie. natus est non ppter se. sed vt lex nostris mentibus qui eram⁹ tenebris appareret. sic etiam baptizatus est. non ppter se. h̄ ut nr̄a peccata lauaret. sic mortuus est. non ppter se. h̄ ut nos morem peccato. p̄ quod nos liberaēt a morte. Rñdeo ideo. q̄ supuenies festum leticie obumbrat. et abolet omemo: racōem tristicie. p̄terea licet reddatur ratio

